ownload from The Biodiversity Heritage Library http://www.biodiversitylibrary.org/; www.biologiezentru

Diagnosen neuer Frösche des zoologischen Cabinets zu Krakau.

Von **Oscar Schmidt.**

(Auszug aus einer für die Denkschriften bestimmten Abhandlung.)

Der Verfasser hat für das unter seiner Leitung stehende zoologische Museum von dem jetzigen Inspector des botanischen Gartens in Krakau, Herrn von Warszewicz, eine Partie in Neugranada und Bolivia gesammelter ungeschwänzter Batrachier erworben, unter denen sich nicht weniger als sechzehn, vielleicht sogar siebzehn neue Arten befinden. Da man über diesen Theil der Fauna jener Gegenden bisher wenig oder nichts wusste, so dürfte die Beschreibung dieser Frösche nicht ohne Interesse sein. Sie wird ausführlich und durch Abbildungen erläutert im XIV. Bande der Denkschriften der kaiserlichen Akademie erscheinen; hier aber folgen zur vorläufigen Orientirung und Übersicht die Diagnosen der neuen Arten.

A. Arten aus der Abtheilung Raniformia.

Gattung *Leiuperus* Dum. et Bibr.

1. Leiuperus sagittifer. Nov. spec.

Leiuperus speciei hucusque cognitae, L. marmorato, habitu simillimus, verum paullo gracilior; capite parvo; oculis magnis atque ita prominentibus, ut pro planitie verticis tantum angusta vallis inter bulbos evadat; duabus seriebus glandularum in utroque latere dorsi, una e vertice, altera ex angulo externo oculi profecta; femoribus infra granuloris; superficie dorsali coeruleo fusco in violaceum, picturis et lineamentis lividofulvis, quarum una, quae a rostri apice supra medium dorsum ad anum extenditur, sagittae figuram repraesentat; abdomine albido, gula fuscescente.

ownload from The Biodiversity Heritage Library http://www.biodiversitylibrary.org/; www.biologiezentru

B. Arten aus der Abtheilung Hylaeformia.

Gattung *Ixalus* Dum. et Bibr.

2. **Ixalus Warszewitschii.** Nov. spec.

Ixalus superficie capitis et tergi coeruleo grisea; lateribus nigris; stria albida infra oculum ad humerum usque ducta; maculis fulvis in regione lumbali et in femoribus; tuberositatibus et granulis nullis in abdomine.

Gattung *Hyla* Laurenti.

3. **Hyla pugnax.** Nov. spec.

Hyla capite lato, depresso, plano; oculis valde protuberantibus; lingua rotunda, non emarginata, margine posteriori vix libera; dentibus palatinis ad formam ⩚ serie vix interrupta; choanis et tubarum Eustachii aperturis permagnis; fossis profundis ad latera ossis sphenoidei; membrana tympani superne obtecta plica cutanea; pedibus anticis rudimento pollicis mobili instructis, palmatis nonnisi inter primas phalanges digitorum externorum; pedibus posticis semipalmatis, phalangibus duobus extremis digiti quarti prorsus liberis; dorso nudo, abdomine usque ad pectus bene tuberculato, gula vero vix distincte granulosa; plica transversa in pectore nulla.

4. **Hyla splendens.** Nov. spec.

Hyla capite mediocri; oculis modice prominentibus; lingua ovali postice libera, emarginata; dentibus palatinis serie interrupta positis inter choanas rotundas, magnas; aperturis tubarum Eustachii parvis; plica cutanea e margine superiori tympani ad humerum ducta; pedibus anticis fissis, posticis palmatis eo modo, ut tantum limbus cutaneus digitorum extremitates comitetur; osse primo cuneiformi satis protuberante; superficie ventrali ad mentum usque tuberculosa; granulis minoribus in tergo; plica transversa in pectore; dorso pluribus locis splendorem metallicum exhibente.

5. **Hyla molitor.** Nov. spec.

Hyla capite mediocri, non depresso; oculis paulum aut modice prominentibus; dentibus palatinis serie distincte interrupta inter choanas positis; aperturis tubarum Eustachii choanis paullulum

ownload from The Biodiversity Heritage Library http://www.biodiversitylibrary.org/; www.biologiezentru

minoribus; sulcis pone os ethmoideum vix distinctis; membrana tympani subelliptica; rudimento membranae natatoriae inter digitum quartum et tertium nec non inter tertium et secundum pedum anticorum; pedibus posticis usque ad discos palmatis; palmis plantisque tuberculatis; colore supra griseo-coeruleo, infra albido.

6. **Hyla molitor.** Variet. marmorata.

An nova species?

Unicum, quod nobis ad manus est exemplar non differt a praecedenti specie, nisi quod paullo majus est et quod tergi superficies non est unicolor sed coeruleomarmorata. In his igitur levibus signis speciei novae notionem ponere dubitavimus.

Gattung *Hylodes* Fitzinger.

7. **Hylodes Fitzingeri.** Nov. spec.

Hylodes dentibus palatinis multum a choanis remotis, serie medio distincte interrupta; corpore supra et infra glabro, lateribus vero granulosis; rudimento perparvo membranae natatoriae inter digitum tertium et quartum nec non quartum et quintum pedum posticorum; osse primo cuneiformi satis protuberante.

C. Arten aus der Abtheilung Bufoniformia.

Gattung *Dendrobates* Wagler.

8. **Dendrobates speciosus.** Nov. spec.

Dendrobates corpore prorsus glabro, sine ullis granulis vel tuberculis et plicis cutaneis; superficie et dorsali et ventrali unicolori, carminea.

9. **Dendrobates pumilio.** Nov. spec.

Dendrobates rostro rotundato; oculis paulum sed distincte prominentibus; colore supra violaceo, infra albidogriseo in coeruleum; regione sacrali, membris, lateribus, abdomine et pectore punctis et maculis nigris superfusis.

10. **Dendrobates lugubris.** Nov. spec.

Dendrobates capite plano, antice truncato, oculis vix prominentibus; cute non tuberculata vel granulosa, nec non sine plicis; colore

ownload from The Biodiversity Heritage Library http://www.biodiversitylibrary.org/; www.biologiezentru

nigro, lineis et maculis albidis, alba linea cingente caput et dorsum fere usque ad pelvem.

Gattung *Bufo* Laurenti.

11. **Bufo margaritifer.** Daudin?

Bufo nasutus. Schneider?

Nova species?

Unicum e Bolivia reportatum individuum pluribus differt a Bufone margaritifero, qualis in herpetologia generali ab autoribus Francogallis describitur. Nullo modo visibile est tympanum et pedes postici aliter sunt palmati. Quum vero ceteri characteres omnino quadrent cum Bufone margaritifero, qui verus Proteus esse videtur inter suos, praesertim cum eo statu, ad quem Bufonem nasutum, Schneider, referunt, novo nomine herpetologiam onerare noluimus.

12. **Bufo pleuropterus.** Nov. spec.

Bufo capite brevi, ante oculos admodum angusto; oculis maxime prominentibus; margine supraorbitali paullulum elata et supra parotidem et scapulam quasi continuata in plicam cutaneam, quae in femora et fere usque ad genua extenditur; tympano parvo; parotide perparva, subtrigona; pedibus posticis palmatis usque ad phalangem extremam; membrana natatoria limboque externo digiti quinti denticulatis; tota corporis superficie granulosa, granulis spiniformibus in marginibus.

13. **Bufo veraguensis.** Nov. spec.

Bufo crista ossea marginem supraorbitalem cingente indeque oblique ad occiput ducta; fronte rostroque excavatis; parotidibus oblongis, magnis; tympano non visibili; digitis anticis gracilibus, posticis palmatis, limbo cutaneo in margine externa digiti quinti; superficie dorsali et ventrali tuberculata; serie tuberculorum maiorum in finibus dorsi et laterum; colore supra griseo, maculis et striis fusconigricantibus, infra fulvo-griseo.

14. **Bufo simus.** Nov. spec.

Bufo capite brevi, alto; oculis modice protuberantibus; lingua oblonga, postice rotundata, dimidio et quod excurrit libera; aperturis tubarum Eustachii absconditis; tympano non visibili; parotide irre-

ownload from The Biodiversity Heritage Library http://www.biodiversitylibrary.org/; www.biologiezentru

gulariter rotunda; pedum anticorum digitis primo et tertio longioribus secundo et quarto; rudimento metacarpi pollicis; pedibus posticis semipalmatis; superficie tergi tuberculis rotundis obsita, abdominis fere glabra.

Gattung *Hylaemorphus* [1]) Fitzinger.

Novum genus.

Habitus corporis gracilior et qualis esse solet hylarum. Lingua elongata, angusta, integra, dimidia parte libera. Dentes palatini nulli. Tympanum non visibile. Parotides nullae. Digiti pedum anticorum fissi, posticorum semipalmati. Planta latior. Protuberantiae in tarso nullae aut vix visibiles. Processus transversi vertebrae sacralis dilatati.

15. **Hylaemorphus Dumerilii.** Nov. spec.

Hylaemorphus corpore picto coloribus nigrocoeruleo et sulphureo ita, un in tergo ille in ventre hic praevaleat; extremitatibus digitorum semper sulphureis; cute glabra; prominentiis osseocarneis in carpo et tarso nullis.

16. **Hylaemorphus Bibronii.** Nov. spec.

Hylaemorphus capite plano, fronte et rostro non excavatis; oculis non prominentibus; membris gracilibus; tergo irregulariter nigrocoeruleo, ceterum flavo e viridi; lateribus coeruleonigris; superficie ventrali albido flava.

Gattung *Phirix*. Nov. gen.

Habitus corporis robustus et qualis reperitur in Bufonibus. Lingua, dentes palatini, membrana tympani, parotides, processus transversi vertebrae sacralis ut in Hylaemorpho. Digiti pedum anticorum fissi, posticorum semipalmati et quidem coniuncti membrana crassa, quae a reliqui corporis integumentis non differt, qui fit, ut plantae latiores reddantur et minus flexiles, quam solent esse in ceteris Batrachiis ecaudatis. Tubercula paulum elata et in carpo et in tarso obvia.

---

[1]) Nomen novi generis, a doctissimo Fitzinger secundum speciem musei Imperialis Viennensis creatum, a nobis receptum est. Diagnosis nostra.

ownload from The Biodiversity Heritage Library http://www.biodiversitylibrary.org/; www.biologiezentru

17. Phirix pachydermus. Nov. spec.

Phirix pedibus et anticis et posticis robustissimis; capite mediocri; rostro prominulo; cute crassa, callosa; colore sulphureo in albidum, lineamentis coeruleis in dorso, in femoribus nec non in clunibus.

Fundort und Masse [1]) der beschriebenen Arten.

Nr.	Fundort	Körperlänge	Vorderbeine	Hinterbeine
1	Neu-Granada	20	12	24
2	„	27	17	41
3	Am Chiriquiflusse unweit Bocca del toro	62	38	100
4		48	33	80
5		33	24	53
6		38	27	60
7	Neu-Granada	30	18	54
8	„	30	23	43
9	„	20	15	25
10	„	27	19	38
11	Bolivia	30	24	36
12	„	25	18	33
13	Neu-Granada	50	37	75
14	„	26	18	30
15	„	53	38	72
16	„	36	26	47
17	„	57	40	75

[1]) In Millimetres. Körperlänge von der Schnauzenspitze bis zum After. Vorderbeine von der Achsel bis zur Spitze des längsten Fingers. Hinterbeine vom After bis zur Spitze der vierten Zehe.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Sitzungsberichte der Akademie der Wissenschaften mathematisch-naturwissenschaftliche Klasse

Jahr/Year: 1857

Band/Volume: 24

Autor(en)/Author(s): Schmidt Eduard Oskar [Oscar]

Artikel/Article: Diagnosen neuer Frösche des zoologischen Cabinets zu Krakau. 10-15